 adiectiuo scz benedicta in numero z casu: que
 debēt puenire in nūero genere z casu. ut pus
 quā cōuenientiā impedit specialis natura ad-
 iectiuū p̄titiuū cū suo substāt̄o. Est em̄ regula
 q̄ adiectm̄ p̄titiuū debet puenire cū suo sub-
 stantiuo in genere. et p̄t discōuenire secū in nu-
 mero z casu. ut vha soroz. vn⁹ Soli⁹ est gene-
 ris adiectm̄: variatqz Cū nūero casū. velut hic
 venit vna soroz. Est inter fratres bon⁹ aut de
 fratrib⁹ vnus Sic est hic ergo ē latina **S**z
 an est simpliciter latina: **D**istinguo. quia scdm̄
 hanc regulā ē simplicit̄ latina. Sz q̄ntū ad re-
 gulā adiectiuū et sui substatiuū p̄munē est im-
 pedimentalit̄ latiā **C**ū quotuplici casu sub-
 statiuū sui p̄struit adiectm̄ p̄titiuū: Cū triplici
Primo cū ḡtā multitudinis. ut vn⁹ fratꝝ **S**e-
 cundo cū accō mediāte p̄pōne inē. ut vn⁹ inē
 fraters **T**ercio cū abltō mediante p̄pōsitione
 ex. de. e. et. in. ut solus ex omnibus id est solus
 omniū. alter de fratribus id est alter fratrum.
E quibus primus id ē quoz prim⁹ **T**u beth-
 leem iuda in p̄ncipibus iuda nō es minima id
 est non es minima p̄ncipū iuda.
Septem modis fit q̄ adiectiuū p̄titiuū nō
 conuenit cum suo substantiuo in genere.
Primo q̄n ḡtūs est nomē collectm̄. ut Virgi-
 lius est optimus plebis **E**t hic ḡtūs semper
 erit pluralis nūeri nisi in d̄cōnibus collectiuis
 in quibus p̄t esse singularis numeri.

Secundo quando est ethroclitū genere. ut unū epularū. una pascuoz. unū celoꝝ est cristallinum. et alterum empiricū Et una dierum dies enim ethroclitū est genere.

Tercio cum gñs implicite ab alia dōne regitur. vel qñ est nomen equiuocum. ut una sabbatoꝝ id est una die sabbatoꝝ.

Quarto qñ fit pñcio non scdm vocem nominis. sed scdm rē nomis. ut quātitatīs aliud cōtinuū. aliud discretū Id quoz fit. qñ diuisio fit in rebus irrationabilibus. ut domus. aliud tectū. aliud fundamentū Item Gregis unum bos est. et aliud ouis.

Quinto In cōceptione implicita. hoc est qñ in gñō fit pñtio genoz. ut una parētū medoz

Sexto ad exprimendam discretionem sexus in epphenis. ut una anserum: una turturū una cameloꝝ.

Septimo quādo adiectiuū apponens gñm magis inclinat se ad casū p̄cedentē q̄z ad gñm sequētem. ut o deus optime rerum. Quo mō indifferenter dicitur leo est fortissimus bestiarum. vel fortissima bestiarum pro ut id efficit bonitate proferentis Item proverbioꝝ quarto Leo fortissim⁹ bestiarū nullius pauebit occursum. Dicit etiā homo est dignissimus vel dignissima creaturarū indr̄ter. sed si nullum substantiā precesserit nō id licebit. s; p̄forma bit cū gñō ipm̄ adiectm̄. sic ei min⁹ latine dicit fortissim⁹ bestiarū. et pulcherrim⁹ creaturaz

Est Riste lupus stabilis. est hec latina Est vix
 vel difficulter latia. Quare: qz hic adiec
 tiuū discouenit cum suo substatiuo in genere
 auctoritate virgilij poete p antithesim ponen
 tis genus neutryz p genere masculino ad ex
 pmendū naturā vel essenciā rei voluit em ex
 primere p hoc qz lupus essentialit tristitiā in
 ferat stabulis .i. ouibz. ponēdo p̄tinēs p con
 tento Itē variū semp et mutabile femina Itē
 Dulce satis humor depullus arbutus hedis Est
 eiusdē ordinis Similit̄ ouidiū hoc est Turpe
 iacens mulier multo made facto leo.

Et adulter erit superandus Est hec latia
 Est vix latina Quare: qz adiectm in ge
 nere discouenit cū suo substatiuo. qz supandus
 adiectm est mascli generis et substātū adulter
 materialit positū. est generis neutri. s; intelli
 git substātū maius p̄mune s; ntūs cū q̄ con
 uenit in genere. et sic pmittit esse latia. vt apd
 virgiliū. Qualis erā cū primā acie p̄neste sub
 ipsa. Vbi subaudiū vbe. p̄neste em generis
 neutri est. Et apd Ouidiū Tāto ē albula po
 ta deo. vbi intelligit̄ aqua Albula em est nomē
 fluuū. et talia sunt masculina. z p̄strui debent
 cū adiectiuis masculini generis. vt testat̄ hic
 ouidius Turbidus hibernis ille fluebat aquis
 vbi sermo fit de cremera fluuio. Sic apd da
 natū Accūs in om correpta. intellige syllabam
 substantm ad adiectm fei generis. Sic ecā
 tra pmittit vbi min⁹ p̄mune in magis cōnu
 E i

ni icelligit. ut apud ouidiū. Hoc pec? ōne meū
multe stabulāt in antris. ubi in li per? itelligūt
oues et capre. q̄ multe stabulant in antris.

Batus iohānes fuit purissimus virgo. ē
hec latina Est vir latina. Quare: qz ad-
iectiuū purissim? ē masculini generis z cōstrui
tur cū substātiō scz virgo qd̄ frequētissima vsu
capit in feminino genere. quāqz sit generis cō-
munis. hui? mōi aut p̄structiones fūt z pmit-
tunt ad expmēdū discretionē sexus. ut apud
poetam. Anser erat quondā specioso germine
feta. Itē Jacop preparauit fratri suo elau tri-
ginta camelos fetas. Et cōtingūt hee p̄struc-
tiones in nominibus epicheni generis. Sic ex
cognatiōe nri z uti calus iacens nudus surge.
Et petre dormiens supinus sede resupin?.

Turba que nō nouit legē dñi sūt maledic-
ti. Est orō latina. Est. difficultē quidem
Quare. quia adiectm̄ maledicti et substantm̄
turba discōueniūt p̄missiue in nūero z genere
Quare. qz adiectm̄ plus respicit substātiui sig-
nificatū qz vocē Refert hīc em̄ adiectm̄ ad sig-
nificatū substātiui scz hoīes z nō ad turba M̄
alexand. Adiectiua mō poni reperimus eodē.
Pars hoīm validi turres et menia scandunt.
Quot modis id cōtingit: Duob?. Primo-
qñ substantm̄ ē nomē collectm̄. ut hoc nomen
pars qñ significat ptē multitudinis ē noⁿ col-
lectiuū. et tūc p̄tingit interdū cōstrui apud poe-
tas cū adiectiuo sub discōuenientia generis et

numeri. ut Validi p̄s hominū scilicet ethiopes
 scandūt turres ⁊ menia troie. Est aut̄ natura
 collectiui nominis. q̄ ipsum latine construi p̄t
 singulare. cū verbo apposito pl̄ali vel adiectiō
 plurali. ut p̄s scholasticorū studēt ⁊ p̄s ludunt
 Hui⁹ mōi aut̄ p̄structiones sustinēt: q̄ licz nomē
 collectiui sit voce singulare. Ecato tamen est
 plurale Sc̄do in poematib⁹ q̄n distributiuum
 singulare p̄struit cū verbo apposito vel adiec
 tiuo pl̄ali q̄d sustinet̄ p̄p̄t̄ p̄uilegia nom̄ dis
 tributiuoꝝ q̄ sūt hec q̄ ipsa singularia p̄nt sup
 poni verbis pl̄alib⁹. ut uterqz fecim⁹ hoc. uter
 qz hoc fecistis q̄d t̄n nō licz in soluta orōne sed
 in poemate t̄m. tūc em̄ diceudū ē uterqz n̄m
 fecit h̄ et uterqz vestrū hoc fecit Et ipsa singu
 laria recipiūt adiectiā pl̄alia ut utraqz formose.
 hec aut̄ p̄uilegia sibi p̄cedūt. q̄ q̄uis sunt
 voce singularia. re t̄n significata p̄ distributio
 nem sunt pluralia. utraqz aut̄ distributiōe Ecato
 duo. Un⁹ Sūt adiectiui plures in distribuēti.
 Hinc etiam verbū reperis plurale locatum.
 Utraqz formose me iudice sunt venerande.
 Sed non est nobis cōstructio cōgrua talis.

Canis est equiuoc⁹? Est orō latina Est ma
 le latina siue nō latina Quare q̄ adie
 ctuū equiuoc⁹? dis cōuenit cū substantiuo canis
 neutri generis in genere. Canis enim hic est
 neutri generis q̄ est nomē materialit̄ positum
 Sūt aut̄ oēs d̄cones qualescūqz etiam siue gre
 cę siue latine materialit̄ posite noīa neutri ge

C ij

neris substantiua indeclinabilia que requirunt
 adiectiuū neutri generis & nō masculi vel femi
 Dicendū ē igit̄ canis est equiuocū ¶ Qñ po
 uit dictio aliq̄ materialit̄ Qñ erat seipsam in
 voce vel in scripto Vñ alexand. Fiet de voce
 sermo qñq; p̄ ipsam Materialit̄ hanc ibi dices
 esse tenendā Calus p̄ voces cōfundes mate
 riales Vñ? Est appell. qualis vox ōnis mate
 rialis Et substans neutz nō declinabile nomē
 Similit̄ ōnia noīa lrāz siue grecāz siue lati
 narū sūt generis fei. ut vna. a. b. c. vna iota. vna
 alpha. Et licet dicāt greci omega id ē D mag
 nū. tamē hoc nō tenet vsus Sz dicim? cōmu
 niter lrā vl̄ sillaba fit tibi feminea ptigit ex eo
 q̄ frequēt̄ p̄struit cū adiectiuo fei generis q̄
 p̄mittitur fieri rōne hui? nomis lrā vel syllaba
 intellecti. ut Apud donatū Accūs in om̄ correp
 tam. intelligit̄ em̄ syllabā Item i sēp̄ longa
 est. v̄ sēp̄ longa est. v̄ indr̄nter longa vel cor
 repta est. intellige lrā substātīm feminini gene
 ris cū quo adiectiuo cōuenit.

Quant̄ meli nūc mea fata senis Est orō
 latina : Est impedimentalit̄ quidē. quare
 quia hīc impedit̄ cōuenientia adiectiuū possessi
 uū scz mea cū substātiuo scz meli senis q̄ pol
 sessiuū qz p̄struit cū substātio rei possessiue scz
 fata. secū requirit̄ habere cōuenientiā. qz illius
 est adiectiuū et nō gti quia sibi adiūgit̄ ¶ Po
 test̄ gtiūs uominis substātiuū latine adiūgi pos
 sessiuo p̄structo cū substātio rei possessiue in si

milibus accidentib⁹. ita ut secum nō cōueniat
 Potest reuera. teste alexādro. Inuenies iūctū
 possessiuo gtm̄ Ut mea defuncte da molliter
 ossa cubare Sūt em̄ talismodi orōnes latine
 et sine vicio. z nobis vsurpande. neq; licet pro
 possessiuo ponere gtm̄ p̄miciuū. nō em̄ recte
 dicit̄ **D** Jupiter da ossa mei defuncte cubare
 mollic. s; mea defuncte **I**te Tuā ipsi⁹ animā
 gladius p̄transibit. z nō tui ipsi⁹ Sic dicimus
 Mea solius causa vel culpa est. Meus solius
 studiosi liber opa p̄colitur **I**tem Tulit puerū
 de latere meo dormientis ancille **I**te **E**raudi
 vocem meam clamantis ad te iugiter.

C Om̄ gustallet architrudin⁹ aquā vinum
 factū **E**st hec latina. **E**st vix latina. qua-
 re: quia adiectim̄ p̄cipiale cōstructū inter duo
 substantiā diuersoz generoz debz cōformari cū
 precedentī qz hoc ē substantim̄ eius z nō cū se-
 quenti. qm̄ aut̄ cū precedentī est recte latiā. ut
 verbū caro factū est z nō frā est **S**; auctori-
 te sacre sc̄pture p̄mittit̄ p̄p̄ idēptitatē illorū
 substantiuoz. p̄p̄ quā p̄t fieri facilis trāspo-
 sitio substantiuoz. ut orō fiat bñ latina **S**; hoc
 genere orōnis vti nō debem⁹. vñ⁹ **S**ic adiec-
 tiuū repim⁹ sepe locatū **E**st coluber facta vel
 factus m̄stica virga. **P**onere sup̄ma duo nō
 debes sine causa **Q**ue sūt hec adiectiā q̄ sic
 p̄struūt **S**ūt om̄ia adiectiā p̄cipialia similiū
 casuū copulatiua **H**ec em̄ poni p̄nt̄ inē substā-
 tiua diuersoz generū. ut sunt **C**redit⁹. habit⁹
C ij

estimat? . dicit? . vocat? . fact? . futur? . z filia. ut
 verbū ē factū vñ scā caro. hō est futur? vel fu-
 turū cadauer Mancipiū illud ē dicitū vñ dicit?
 petr? . iohānes ē habit? vñ habita legitima p-
 les Et hec pticipia nedū copulare pnt substā-
 tiua. etiā pnt copulare nomē adiectm apposi-
 tū. ut petrus est futur? pbus Petr? est sperā-
 dus senex.

De impedimentis suppositi et sui apppositi.

Uerba ruūt Est vñ latina. Est ipedimē-
 talit? quidē Quare: qz suppositū turba
 singlarē scdm vocē discōuenit cū appposito plu-
 rali ruūt in nūero pmissiue Quare pmissiue
 quia turba est significatio plurale. Quare. qz
 est nomē collectm qd stat p suppositis pluri-
 bus. vñ latina esse pmittit p anthitesim p nu-
 mero ponendo numerū. Ut in epistola pauli.
 Sedit pplius manducare. z surreperūt ludere

PArū erogāt paupib? Est hec latina Est
 pmissiue qdē Quare. qz vñū psonale nō
 supponit sibi nisi ntīm noīs substātiui. parū qz
 nō est substātū s; pmittit substātiuatū hic sup-
 poni. ut parū .i. pua ps erogatur paupibus.

Pnt adiectiā substātiuari: pnt. Quō In neu-
 tro genere. ut albū currit. .i. alba res currit Et
 sic possūt pstrui sine substātiuo tā apte appo-
 siti qz suppositi Adiectiua posita substātiue
 tripliciter resoluūt. Primo p hoc nomē res. ut
 mea seruo id ē res meas hūo Tua dispōgis id
 est tuas res dispōgis Dicta placent .i. res dicte

placent **S**ecūdo in nomē proprietatis id est
 in sua abstracta. ut descendam? in planū id ē
 planiciem. vñ Virgili? Et seruātissim? equi. i.
 equitatis **T**ercio in hoc cōmune superius scz
 pars. ut multū vini id est multa ps vini. **D**ñ?
Cum substantiue tibi q̄uis mobile stabit. **I**n
 neutro genere sic triplici? variabis **P**lanū pla
 nicies. album res alba vocat̄ **M**ultū ps mul
 ta sic triplici? variantur **S**ubstantiuātur ne
 in alio genere. **S**ubstātiuātur. **I**n quo. **I**n fe
 minino. ut **U**nā petū a dño hanc requirā id ē
 vnā rem **E**t aridam fundauerūt man? ei?
 id est aridam rem que est terra **P**ronomiā
 quoqz possessiua substantiuātur in ōni genere
 differēt tñ. qz qñ in neutro genere scant rem
 possessā vel possessionē. qñ in masclo z femi
 nino significāt necessarios et amicos. ut **D**ili
 gendi sūt michi magis mei qz mea .i. diligēdi
 sunt michi magis amici mei qz bona mea.

Testimonía tua dñe meditatio mea est.
Est hec latiā. **E**st ipedimentali? quidem
Quare. qz suppositū testimoniā plale discō
 uenit pmissiue cū apposito singulari in nume
 ro scz verbo sustantiuo est **Q**uare pmittit̄. qz
 qñ verbū substantiuū pstruitur int̄ duos ntōs
 q̄ū vn? est singularis et alt? plalis. p̄t cōueni
 re vtrilibet. hoc est p̄cedenti vel sequēti. qd̄ fit
 ppter facile transpositionē. p̄ quā fit cōuenien
 tia debita. ut **S**ermones summi patris ē me
 ditatio iusti. q̄ sic trāsponit̄ meditatio iusti est

sermone sūmi p̄ris. vñ? Cū diuersoz verbū
 rectis numeroz. Interponat̄ otrilibet eq̄para
 tur Sermones sūmi p̄ris est meditacio iusti.
¶ Quod modis p̄struit̄ verbū subst̄at̄m inter
 rectos diuersoz numeroz: **Ser.** Primo quā
 do vn̄? rector̄ ē pluralis sc̄dm vocē. et singla
 ris sc̄dm intellectū. vt athene fuit docta ciui
 tas Londonie ē diues opidū. Secūdo q̄n vn̄?
 rector̄ est pl̄alis sc̄dm significatū z singularis
 sc̄dm vocē. vt vna turba sunt multi homines
Tercio q̄n vnus accipit̄ realiter p̄ re z alter fi
 guratiue p̄ signa. vt septē lāpades añ thronū
 dei est gr̄a sancti spūs septuplex **Quarto** q̄n
 est ponit̄ p̄ significat. vt pisces quos apli ce
 perūt ē captio fidelīū id ē Ecce captiones fide
 liū Lampades virginū ē fides nostra id ē Ecce
 fidem nostrā. **Nuptie** est vnū cōnubiū **Arma**
 est fides nostra **Quinto** rōne p̄tipatiōis vn̄?
 in pluribus. vt vnus hō sunt plures vel plures
 homines est vnus homo p̄tipatione speciei.
Sexto ad expr̄mendā vnitatē in materia ali
 qua. vt vestes quas geritis sordida lana fuit.
Sordida em̄ lana vestes sunt.

I Sermonem quē audistis nō ē me? s; ei?
 qui misit me p̄ris **Est** orō latina **Est** im
 pedimētaliē vel difficult̄ latina **Quare** qz sub
 stant̄m sermonē casus acci discōuenit cū ver
 bo p̄sonali est et cū adiectiō verus in casu. q̄n
 est contra naturā adiectiui z sui subst̄atiui sup
 positi z sui appositi **Et credit̄ bñ** latina p̄pter

elongationē substātiui ⁊ suppositi ab adiectiō
 et appposito ꝑ immediatā cōuenientiā ańcedētis
 cum suo relatiuo cui ańcedens imēdiate ꝑpo-
 nitur Et sic orō semp ut iacet ꝑposito imēdia-
 te ańcedente relatiuo ē uiciosa. ut Apud virgi-
 lium **Urbem** quā statuo uestra est. subducite
 naues. ubi poeta sua auctoritate poti⁹ ē usus
 q̄ꝫ recta latinitate Recte igit̄ hac cōstructione
 nō utimur. ꝑmittim⁹ tñ ꝑꝑꝑ auctoritatē sa-
 cre scripture et poetarū. Et ꝑt facili⁹ tñ fieri la-
 tina ꝑ mutacionē eius. ita ut ańcedēs siue me-
 diate siue imēdiate postponat̄ relatiuo q̄ orō
 tūc nō solū latina fit s; etiā ornata magis ē in
 usu oratorū. ut quā urbem statuo **Uel** quā sta-
 tuo urbem uestra ē Et tūc ꝑueniētissime intel-
 ligūtur hec ꝑnomiā hic is ille. ut **Quā** statuo
 urbem hec ea uel illa ur̄a est **Itē** **Quē** audisti
 h̄monē is uerus est. **Item** sic latine dicimus
Quas ad me dedisti lr̄as. hee michi iocūdissi-
 me fuerunt. **S; min⁹** latine dicim⁹. has quas
 ad me dedisti lr̄as michi iocūdissime fuerunt.
Sic hec latina est **Sub** q̄ nūc recubas arbore
 uirga fuit **Sed** hec min⁹ ē latina **Arbore** sub
 qua nūc recubas fuit uirga **Simili⁹** latina est.
Arbor sub qua recubas ea uirga fuit. **Simili⁹**
Sub q̄ arbore nūc recubas fuit uirga: simili⁹
Ea arbor fuit uirga sub q̄ nunc recubas **Simi-**
liter latina illa therentij. **Populo** ut placerent
 quas fecisset fabulas **S; min⁹** latina ē **Fabu-**
las q̄ꝫ fecisset ut populo placerent **Un⁹** **Sepe**

relatiua p̄formari reperiuntur Precedēs illi dū p̄fidiō
immediate Sermonē quē vos audistis verus
habet Usu cōmuni tñ hoc nō debet haberi.

De impedimentis relatiui & sui añcedentis.

Omīte gladiū spūs. qđ ē verbū dei. Est
orō latina Est ipedimentaliter qđē Qua-
re: qđ relatiū qđ neutri generis p̄structū inter
duo substātiua ad idē p̄tinetia aliq̄ mō primū
scz gladiū masculini generis & alterz scz vbum
neutri generis discōuenit p̄missiue cū p̄cedēti ī
genere cū q̄ deberet puenire qđ illud ē suū añ-
cedēs s; p̄p̄ idēptitatē substantiuoz p̄mittit
puenire cū sequēti vñ? Qñ relatiū genēz tal?
varioz In se claudūt q̄ rem spectāt ad eandē
Per gen?⁹ hoc poterit vtrilibet equiparari Est
pia stirps p̄sse quē xp̄m credim?⁹ esse **S**ed
hic notatu dignum est qđ duplex ē relatiū scilicet
substātie & accidentis Substātie vt qui que
quod Accidentis vt qualis talis tant?⁹ quant?⁹
De quibus sunt hee regle

Prima regula est

Relatiū substantie in medio positum potius
cōuenire vult cum p̄cedēti q̄ sequenti loquē
do grammaticē vt semen quod est deus latine
dicitur Possēt etiam dici semen qui est de?⁹ v?⁹
crist?⁹ sed p̄missiue vel difficulter latine dicitur

Secunda regula est

¶ Relatiuū accidentis positū in medio substā-
 tiuoz diuersoz generū cōuenit cū sequenti in
 genere et nō precedenti latine loquēdo ut ta-
 lis est seruus. quale est mancipiū **Ite** Nullum
 deo tale sacrificiū q̄lis est zelus animaz **Et** si
 p̄trariū inueniam? imitari nō debem? ut ap̄d
 Horatiū **Tue** sūt māme tales. q̄les sūt vbera
 vacce. ubi nos dicim? q̄lia sunt vbera vacce.

¶ Alia quoq; regula specialis est.

Quādo cūq; relatiuū ponitur int̄ duos casus
 quoz sequēs est nomē p̄priū vel hominis vel
 alteri? rei. tūc debēt cōuenire cū sequenti **Si**
 p̄pū tale nō fuerit. q̄ vtrilibet se p̄formare po-
 terit **Exēplū Salustij.** Est locus in roma q̄
 capitolium appellatur. Sedebat herodes pro
 tribunali in loco quod pretorium appellatur.
Ite Tuli? Sapientie studiū que phiā dicitur
Item Ex illis sempiternis ignibus. que vos
 sidera nūcupatis **Et** id cōmuniter fit. ubi ista
 verba vocatiua ponūtur nūcupoz appelloz sic
 ca relatiua. quia tūc volūt cōformari cum se-
 quenti ¶ Conformat se etiam relatiuū in alijs
 accidentib? cū sequenti: Cōformat. **In** quib?
 Aliquādo in nūero et in casu. aliquñ in genere z
 casu simul **In** genere. ut pia stirps pesse ē que
 credim? esse xpm **Ex** flumine quā proximam
 opido aquā eē supradixim?. **In** nūero ut vni-
 uersas familias fames extinxit. q̄ ps maxia ē.

In genere & nūero simul. ut **S**upplicationes qui maxim⁹ honoz victorib⁹ dat in toga me-
ruit. **R**ex patrem posuere suis. q̄ maxima tur-
ba est. In casu. ut **S**cipio cui affricano nomen
erat cartaginem subuertit. urbem quam sta-
tuo vestra est &c.

Species est q̄ predicat⁹ de pluribus. Est
hec latina: Est impeditualit⁹ quidem.
Quare. q̄ reltm̄ discōuenit in genere ańcedē-
te scz spēs expresso p̄missiue. **Q**uā p̄missiue:
Subintelligit em̄ ańcedēs vniversalē superi⁹
ad li species cū quo. q̄ reltm̄ q̄ cōuenit p̄mit-
titur latina. licet reneatur cōuenire cū ańcedē-
te expresso. **U**t in psalterio **D**om⁹ iacop spera-
uit in dño adiutor eoz & p̄tector eoz est. **D**o-
mus em̄ hic familiā iacop significat q̄ ē plures
homines. **U**n⁹. **N**o p̄tem vocis de iure relatio
fiat. **E**xtra sepe tamē querat⁹ ad q̄ referatur
Rex est canoti patrie q̄ preualet dñi. **Q**uod
modis fit hec relatio ad intellectū ańcedens.
duob⁹. **Q**uib⁹. **U**no mō ad intellectū superi⁹
in expresso ańcedente. ut **S**tudes hafnye que
est regalis ciuitas. **A**lio modo ad rem signi-
ficatam. ut qñ ańcedens expressū est nomen
collectm̄. **E**t tūc reltm̄ et ańcedens expressū
p̄nt esse diuersoz numeroz et genoz. ut **D**o-
mus israhel sperauit in dño. adiutor eoz & p̄-
tector eoz est. **I**bi em̄ dom⁹ collectiuū est. sig-
nificat em̄ familiā vel genus totum. **U**n⁹. **N**on
des ad vocem quāq̄ relata. s; ad rem. **R**om̄is

est bona gens deus est protector eorum. scilicet hominū de familia israhel.

Mendax es. & veracē te simulas. qđ absit michi pcul Est hec latina Est pmissiue quidem. Quare: qđ pmittitur reltm̄ qđ vel id generis neutri referri ad nomen adiectm̄ vel verbum cū quo disconuenit. ea ratione qđ hoc relatiuū apte referri p̄t ad subauditum infini tiuū in neutro genere Et sic loqui possumus latine. ut apud Tuliū. Qui virtute p̄ditus est. quod diuitiarum p̄p̄iū est. hic suis rebus cōtētus est et id diuitū esse solet. et id scilicet suis rebus contentū esse zc. Vñ? Ad verbum sepe vel adiectiua relatiū Inuenies fugis aut piger es. michi qđ procul absit. Itē diabolus mendax est. et pater eius scz mendaciū.

Vrb̄s iherusalē beata est. quod interpre tatur pacis visio. Est hec latina. Est im pedimentaliē quidem. Quare: Quia relatiū quod neutri generis nō refert ad antecedens fe minini generis pro significato et p̄sonaliter. sz pro voce et materialiter q̄zuis antecedēs stat significatiue pro re ipsa. Sensus em̄ est iheru salem est beata vrb̄s. quod nomē iherusalem interpretatur visio pacis. Vñ? Pro sola voce supponit sepe relatiū Quāuis p̄cedens suppo nit significādo. Dat deus aureolam quod no men habetur ab auro. Ecōtra sepe numero quoq; relatiuū stat significatiue et p̄sonaliter pro re significata et antecedens materialiter

D i

pro sola voce. ut Ihesus interpretatur saluator
quia mundus per eum saluatus est. Vñ? Estq;
relatiuis precedens materiale Romē equires
sit nobis placet illa videre Hys autem cōstruc
tionibus latine uti possimus.

Formauit deus hominem de limo terre
masculū et femina creauit eos. Est orō
latina: Est ipedimentaliter. Quare. quia hic
relatiuū eos plurale discōuenit cū antecede
sez hominē singulari pmissiue eo qd sumit col
lectiue. vñ pmittūt plures huiusmōi pstruc
tionibus. in qbus añcedens z relatiuū sunt diuerso
rū nūerorū. Qñ em̄ añcedēs est nomē collec
tiuū tūc ad ipsum fit relatio in plurali p rela
tiuū plurale Ut dicit in genesi Masculum et
femina creauit eos et nō eū. quia si dixisset eū
intelligeret qd creasset hominē hermophrodi
tum. igitur nō dixit eum ne primus homo cre
deretur fuisse hermophroditus. Vñ? Et nu
merum mutat hominē diuina potestas. Psal
mat eosq; mare factor creat et mulierem.

In atrijs tuis iherusalē iherlm q̄ edificat
ut ciuitas. Est hec latina: Est pmissiue
latina auctoritate sacre scripture. Quare. quia
qn̄ relatio fit ad utm̄ casū. tūc verbū relatiui de
bet esse scōbe pscōne z nō terciē. q̄ scribis aduer
te dicendū ē z nō qui scribit. Ea em̄ est sacre
scripture maiestas. ut gramatice legib? nō sit
subiecta. que p diuinā ruelationē z spūm sc̄m
manifesta ē. z p scōs prēs nobis administrata

qui spū scō pleni nō ad gramaticas leges re-
 spererūt s; reuelatā veritatē simpliciē expōse-
 runt. Nos igit hui? mōi pstructionib? uti non
 debem?. s; eas ppter auctoritatē sacre scripture
 pmittere. Ut in psalterio Bndicite aque ōnes
 q̄ sup celos sunt dño. vñ?: Et psonalē pmu-
 tat pprietatē Ut dño bndic aq̄ q̄ celos super-
 tat. S; nō ē nobis imitanda relatio talis.

Scripta sūt hec ad correptionē nostrā in
 quos fines seculoz deuenerūt. Est h̄ la-
 tina: Est ipedimentaliē. Quare. q; reltm rela-
 tum ad pnomē possessiuū nostrā secū in ge-
 nere discouenit Et pmittit ppter pmitiuū in-
 tellectū s; nos ad qđ pgrua fit relatio. Vñ?
 Sepe rlatiuū p patre referē ad ipm. Ut mea
 scripta legis qui sum summotus ad histrum.
¶ Quot modis fit rlatio ad possessiuū. Duo-
 bus Quib?: Uno mō qñ referē ad possessiuū
 et ad substātīm. legis mea scripta. q̄ ego scripsi
 Altero qñ refertur ad possessiuū z nō ad sub-
 stātiuū. ut legis mea scripta qui sū sumot? ad
 histrū. Prima pstructio ē simpliciē latina. Itē
 Obseruasti ōnes semitas meas. qui q̄si putre-
 do cōsumend? sū. Debem? autē hac uti rela-
 tione. neq; em̄ licz nobis grōs pmitiuoz pone-
 re possessiue Quare nō ē mutādū possessiuū
 in pmitiuū. s; utendū nobis ē possessiuo. Nā
 em̄ dicem? tu legis mei scripta q̄ sum sumot?
 ad histrū Illo quoq; mō interdū fit relatio ad
 hos qnq; abltōs. mea tua sua nostra z uestra.

D ij

ut mea interest. q̄ sequor. Tua interest gratari
qui acceperis beneficium donantis.

Rabitantib⁹ in regione ombre mortis lux
orta est eis. Est hec latina. Est difficultē
quidē. Quare: quia relt̄m ⁊ suū āncedens vo-
lunt cōstrui cū duobus verbis diuersis. aut cū
vno verbo bis sumpto Exēplū p̄mi. ut video
fortem quē diligo Exēplū sc̄di Ego sum q̄
sum. vñ? P̄cedens et qui huius verbis volo
iungi Diuersis verbū vel det̄ eis geminatum

¶ Quare admittūtur tunc hee cōstructiones
vbi āncedens ponit̄ absolute sine verbo. ut re-
latiuū habeat locū in orōne. ut habeat ad q̄d
certe r̄ferat. vñ? Ponis ob id solū p̄cedens se-
pe q̄ inde. Certa relatio fit tua virga tu⁹ ba-
culusq̄. Ipsa michi vere prebent solacia vite.

Sustulisti illū dicito michi. Est hec lati-
na. Est difficultē quidē. Quare: Quia h̄
construit̄ relt̄m sine āncedente. q̄d est contra
eius naturā Sed admittit̄ prop̄ bonitatē in-
telligentis antecedens. q̄d tacet̄ p̄pter passio-
nem loquētis. qui vel affectus nimia indigna-
tione tacet̄ personā. āncedentis. ut Iuno dicit
de pellice ipsa ē petenda michi. vel amore ni-
mio. ut beata maria magdalena vehementer
dñm sepultū diligens. dicit Si sustulisti illum
dicito michi. vñ? Inuenies positū sine p̄cedē-
te relatū Ipsa petenda michi iuno de pellice
dicit Plens magdalena. querit si sustulit illū.
Et h̄is cōstructionib⁹ uti nobis permittū est.

Dum pnomiã relatiua reciproca suus sui sibi
 se a se. siue añcedenti nã cõstruam? nequaquã
 em sine añcedeti cõstrui possunt Nulli em licet
 quereti cui rem meã dedisti respondere. dedi
 tibi vel college suo. nã em valet rñsio Sz res-
 pondendũ est. dedi illi vel college illius.

Adam polluit qui abluir Est hec latiã. est
 fere latina Quare. quia licet relatiuũ et
 añcedens nã discõueniant in accidentibus tñ
 improprie cõstruũt. qz si qui capie pprie. esset
 orã falsa. nã em ille adã qui polluit idem nu-
 mero abluir. z id significat reltm qui si pprie
 accipiat facit em pprie relationẽ psonalẽ. vbi
 relatiuũ refert suũ añcedens pro eadem re in
 numero. vt sortes currit qui mouet. refert igi-
 tur in dicta cõstructione añcedens suũ pro ea-
 dem re in specie tantũ. et facit relationẽ sim-
 plicem et fit ppositio vera. que alias estz falsa
 Vñ? Occurritqz tibi quãqz relatio simplex Fe-
 mina que clausit portam vite reserauit ¶ Est
 aut relatio simplex. quando relatiuũ et suum
 añcedens nã supponit pro eadẽ re in numero
 sed in specie. vt femina clausit portã vite que
 reserauit eam Et sunt huiusmodi relationes
 frequentes z in vsu nostro. vt Petrus laborat
 eo morbo. quo tu. vbi est simplex relatio Non
 p̄t idem morbus esse quo petrus laborat z tu
 Similiter iohãnes cõmedit eum tibiũ quẽ pe-
 trus. bibi hoc vinũ quã tu bibisti. id est iohãnes
 cõmedit talem tibiũ qualem z petrus ¶ Eo bi-

D iij

bi tale vinum quale petrus Quare p̄ relatiuū
 qui tit̄ improprie relatio simplex Quia est re-
 latiū substantie idemptitatis nō reciprocum.
 Et ōne tale refert suū aīcedēs p̄ eadem re in
 numero. Per qđ igit̄ relatiū proprie fit relatio
 simplex Per ōne relatiū accidentis Quare. qz
 hoc refert suū aīcedens p̄ eadē re in specie. ut
 fortes est alb⁹ et talis est plato Nō em̄ ē eadē
 albedo numero que ē in forte z platone.

Uterqz eoz bibit vinū. qđ nocet capiti.
 Est hec latina. Est fere latiā Quare. qz
 licet relatiū z suū aīcedens p̄ueniūt in debitis
 accidentib⁹. tñ est ip̄propria relatio Quare. qz
 relatiū substantie idemptitatis qđ cū suo aī-
 cedente accipit cōfule z indeterminate p̄ uno:
 qđ tamē referre debet suū aīc p̄ aliq̄ supposi-
 to determināto. ut fortes currit qui mouetur. h̄
 em̄ aīcedens vinū et relatiū qđ nō stāt p̄ ali-
 quo determināto vino. qz tale ab utriusqz bibi ē
 impossibile. nec utriusqz caput offendit. Quā?
 Indefinite p̄cedēs sine relatiū Depe locas nul-
 lum designās inde locatū Cuncta timēt homi-
 nem qz p̄sidet ille creatis Et hac relatione uti
 possum⁹ z crebro nūero in q̄tidiano versat̄ ser-
 mone. ut Omnis hō ē aiāl. qđ uiuit. Et omnis
 homo cōmedit panē. qui venditur ubiqz.

Hec est op⁹ cathonis. quē hoc sacrum te-
 git. Est hec latina. Est fere latina Qua-
 re. qz licet relatiū z suū aīc hīc cōueniāt in de-
 bitis accidentibus nō tamē eandē rem signifi-

cant. et sic est impropria relatio **Q**uo id mō
Hoc reuera. antecedens cathonis hcat cathonē
viuū. z relatiū qđ hcat eū mortuū modo non
est vna res viua z res mortua **E**t idem nomē
hcat equiuoce rem viua et mortuā **U**t apud
Tulū **T**actus est flumine Romulus qui hāc
urbem condidit. ubi Romulus supponit pro
simulachro romuli. et relatiū supponit pro re
significata per simulachrū. vñ? **S**epe relatiū
pmutat significatum **S**unt dñi que nos fece-
re manus crucifixe. **I**bi em̄ manua antecedens
significat manus dñi carnales et relatiū que
significat manū diuine potencie **E**t fit ista re-
latio cōmunit̄ qñ añs equiuocat. ut p simula-
chro et re figurata. aut p re viua et mortua
aut pro re picta z vera vel huiusmodi. et hac
relatione uti possum? ut placet.

De impedimentis demonstratiū et sue rei
demonstrate.

Hec volucrū canit **E**st hec latina **E**st im-
pedimentaliter quidē. **Q**uare: qđ demon-
stratiū z suū demonstratū discōuaniūt in nu-
mero et casu pmissiue **Q**uo id mō. hoc. qđ de-
monstratiū illa pstruit hic p̄titiue et sic p̄t dis-
cōuenire secū in numero et casu. ut prius dem̄
est. vñ? **C**ū p̄titiuis p̄noia trina locabis **H**ec
volucrū canit. ista tacēs manet z tacet illa.

In libro hic melior ē. **E**st hec latina **E**st
reuera impedimentaliter. **Q**uare. **O**nia

pmiſſiue demōſtratū hic diſcōuenit cū demōſtrato ſuo ſc3 libro. p̄p̄t cōuenientiā demōſtratiui p̄cedentis ſc3 tuo cū abltō libro Et nō ſolum hec p̄ſtructio p̄miſſiue latina eſt verū etiā et ornata eſt q̄n̄ em̄ ſubſtātū ſequens cōuenit cū demōſtratiuo imēdiatē p̄cedenti licet ipſū diſconuenire. et ornate quidē cū ſequenti. ut meo ſeruo iſte eſt fidelior Et hec ſunt p̄ſtructiones q̄ frequentiffime uſu ueniunt.

H Et herba creſcit in orto meo Eſt hec latina Eſt ipedimentaliter quidē Quare. qz p̄nomē demōſtratū hoc p̄miſſiue nō idē ſignificat qd̄ demonſtrat quāuis ueniat cū ſuo demōſtrato in debitis accidentibz. demōſtrat em̄ herbā in manu z h̄cat creſcentē in orto Et ſic i p̄p̄rie facit demōſtrationē impſonalē. Vñ? Impſonalis fit demōſtratio ſepe Sal mōſtrans dicit te miſit aquis helizeus. Exorcista em̄ adiurās circa baptiſteriū impſonalē demōſtrationem faciēs. ſic dicit. demōſtrās h̄ ſal z ſignificās aliud ſal qd̄ helize? miſit aq̄s Similiter plures circa baptiſteriū facit demōſtrationes impſonales dicēs Qui ſup te pedibz abulauit id̄ eſt ſup talem aquā Et ē quedā abuſio p̄nominiū. qz per ipſa fit demōſtratio impſonalis Talis aut̄ fiet p̄ nomina demōſtratiua cuiuſmodi ſunt talis tantus et ſimilia. ut talem domum et tantam habeo. tot florenos perdididi. ibi em̄ aliud demōſtrat. z aliud ſignificat Et ſic fit p̄p̄rie impſonalis demōſtratio.

Et per pronomina improprie et p aduerbia.
ut hodie natus est xps. hodie maria assump-
ta est in celū. nō enim id factum est hoc die. q̄
nunc agitur. sed tali die. qualis est hodierna
Et hec de Impedimentis latinitatis breui-
ter dicta sufficiant.

¶ Sequūtur regule cōstructionū.

¶ Regule Correcte Emendateq; Construc-
tionum feliciter Incipiunt.

Constructio est p̄cium orōnis unio la-
tina cōgruā p̄fectamq; sententiā sig-
nificans Nō em̄ bene latina p̄t esse cō-
structio si nō sensus fuerit eius aptus et con-
gruus. quare nedū agendū est ut verba siue
orōnis in accidentib; cōueniant. s; etiā ut de-
bita seruetur p̄significationum p̄portio atq;
etiam debita verbor; rebus de quib; loq̄mur
accōmodatio. fit igit̄ q̄ orō que voce latina fit
significatione min; sit latina. ut homo hinni-
bilis. candid; splogism; alba p̄positio. Sed
hec quoq; cōstructionis definitio nō omni tū
cōstructioni cōuenit. s; tantū p̄fecte quātū ad
omnes p̄ticular. Imp̄fecte tamē p̄uenit quā-
tū ad primā ¶ Est preterea duplex cōstructio
S; perfecta et imp̄fecta Perfecta est. que p̄-
fectū sensum generat in anima auditoris. ut

sic in cathgoricis orōnib⁹. ut hō currit Et in
 ppotheticis. ut si hō currit mouet. Imperfecta
 est. que iperfctm̄ sensū generat in aīo auditoris
 ut hō alb⁹ Si pfect⁹ erit sensus: oportz ut adi
 dat appositū verbū. ut hō alb⁹ videt. q̄diu
 em̄ anim⁹ audiētis suspēsus manet. nō est sen
 sus pfcūs. cū at ille cōplete ⁊ pferre terminat
 ut nō ultra suspēdit. pfect⁹ sensus ē. ut si dicat
 hō alb⁹ currit. sensus ē pfect⁹ ⁊ p̄structio pfer
 ta S; si dicat hō alb⁹ legit. nō est sensus pfer
 tus. suspendit em̄ animis audientis. dubi⁹ em̄
 est quid legat. qz lego verbū trāsiuū ē qd ve
 ro cui ntō supposito nō facit pfectū sensū nisi
 addatur accūs. ut hō albus legit gramaticam
 Quā inē simplices cōstructiones nō cōpositas
 sola cōstructio suppositi ⁊ appositi est perfecta
 que ⁊ simbasmatica vocat. hec at p̄stat ex ntō
 vel vtō ⁊ verbo psonali finiti modi absoluto. i.
 pfercō. v̄l ex verbo psonali finiti modi trāsi
 uo cū obliquo suo apposito. ut magister legit
 rethoricā tulij In qua ntūs est suppositū ver
 bum mediū qd regens dicit. et accūs apposi
 tum quē gramaticoz vulg⁹ a parte post regi
 in gymnasijis declamat. et ntū regi a parte
 ante. qui loquendi mod⁹ apud nullos tñ soli
 dos auctores inuent⁹ est. ⁊ quo pacto latinus
 fit nō capio. Sane quoqz nec latine min⁹ dicit
 casus ille supponitur. ille apponitur. v̄l casus il
 le regitur a pte suppositi. ille a pte appositū v̄l
 casus ille regit a pte anteriori ille a pte poste

riori. Nec alexander quoq; eo dicendi genere
 usus est a parte ante **S**z bene et recte locut⁹
 est **E**x vi persone rectū regit inicialē **R**ectū
 qui sequitur verbi natura gubernat : **P**ropte-
 rea interroganti te a qua parte cōstructionis
 aliqua pars cōstruitur vel casus regitur. latine
 satis et apte respondes a pte suppositi . vel a
 parte appositi **E**cōtraq; min⁹ apte. z male la-
 tine a pte ante vel a pte post dicit⁹ **A**n-
 te eīm et post pōnes nullā habent cōstructionē apud
 latinos aliquos et pbatos auctores nisi cum
 accusatiuo vel ablatiuo. vt liquide vides **H**ūc
 duabus cōstructionis ptib⁹ nō cognitis. nichil
 recte latineq; cōstrui potest.

De quesitiuis cōstructionū.

Triplicia sunt quesitiua pstructionis. scz
 substātie quātitatis z qualitatis. scz que
 quāta et qualis **Q**ue pfecto qrit de substātia
 pstructionis **U**t sit trāsitīua vel intrāsitīua
Quāta querit an pfcā sit vel impfcā **Q**ualis
 an sit latina vel figurate latina an impedimē-
 talit⁹ latina vel vix latina. vel male latīā. **Q**ua-
 re aliqua cōstructio dicitur latina. **Q**uia sine
 aliquo vicio ptes orōnis vniūtur. **Q**uare figu-
 rate latina. quia ptes nō solum latine sed etiā
 oronate vniūtur **Q**uare ipedimentalit⁹. qz qua-
 dā speciali latinitate alicui⁹ ptis impeditur cō-
 munis latinitas cōstructionum. **Q**uare vix la-
 tina **Q**uia cum difficultate latina pmittitur.

Quare male latīa Quia nō est sine vicio gra-
matico. ut est barbarismus vel solecism⁹.

¶ Quotuplex est viciū gramaticum Duplex
tolerabile et intolerabile Intolerabile ē quod
nec usu nec auctoritate nec rōne est admissum
Tolerabile quoqz. qđ vel usu vel auctoritate
vel ratione est admissum Et id facit cōstruc-
tionem impedimentaliter latinā siue vix aut
difficulter latinā Intolerabile aut facit cōstruc-
tionem male vel minime latinam.

De diuisione cōstructionis.

Cōstructionū alia est trāsitīua. ut liber
virgilij. alia intransitīua. ut homo alb⁹.
Transitīua est illa cuius cōstructibilia signifi-
cant diuersa. ut lego librum: vel vident⁹ diuer-
sa significare. ut bonitas dei. Vñ Alexander.
In geminas ptes constructio scinditur illi.
Transitio debet intransitioqz sub esse.
Cum ptes per quas constat cōstructio plena.
Signant diuersa cōstructio transeat illa.
Iudicium fit idem tamqz diuersa notanda
¶ Diuiditur autem in transitīuā simplicem et
transitīuam retransitīuā. Transitīua simplex
est illa in q̄ cōstructibilia significant diuersa vl
tāqz diuersa simplicit⁹ sine retransitione actus
ut miserior sortis x̄. Retransitīa est illa in qua
cōstructibilia significāt diuersa vel tāqz diuer-
sa cum retransitione actus. ut diligo te qđ dilī-

gas me. Et hec est cōposita ex duab⁹ simplicibus cōtinuatis p̄iunctione cōtinuatā. scz ut qd v̄l quaten⁹. vñ⁹. Hāc in mēbra duo distingues re cōuenit ei⁹. Sunt spēs simplex que transit. queqz retrāsit ¶ Similit̄ diuidit̄ transitiuam simplicē ī actū z p̄sonaz Actū est. qñ p̄ alterz cōstructibiliū importat̄ act⁹ vel passio. ut colo deū. diligoz a petra. Personaz ē. qñ p̄ neutrz cōstructibiliū importat̄ act⁹ vel passio. ut cap̄ pa sortis. hic est trāsitio p̄sonaz et nō actuum Vñ⁹. Accus transitio p̄sonaz q̄ notentur. Qñ nō trāsit act⁹. nec passio cuiqz. Infertur. nūqz transit p̄structio plena. ¶ Intransitiā est illa Cuius cōstructibilia h̄rant idē. ut hō albus vel tāqz idem. ut hō est azin⁹ Capra est iuuenē Et est duplex scz Intransitiua simplex z reciproca. vñ reciproca est illa. in qua p̄structibilia significāt idem cū reciprocatione act⁹ v̄l passionis. ut ego diligo me Tu diligis te. Ille diligit se. Simplex ē illa. in q̄ cōstructibilia h̄rant idem v̄l tamqz idē simplicit̄ sine reciprocatione actus. ut homo diues. hō est animal. homo est azinus. Simplex diuidit̄ in actū z p̄sonaz Personarū est. vbi p̄ neutrū cōstructibiliū importatur actus vel passio. ut animal hō. pater meus. Actū est. vbi p̄ alterū p̄structibiliū importatur actus vel passio intrāsiue. ut hō currit. deus diligitur. Vñ⁹. Est intransitio tibi p̄ predicta notāda. Per binas species hāc distingues. quia simplex Hanc intransitio pariterqz

E i

reciproca scindūt. Ecce per exempla tibi res ē
 notificanda. Hic socium superat vel marcum
 tullius orat. Exorat marcum cicero q̄ diligit
 ipsum. Tullius est marcus. bos ē leo. capra iu-
 uencus. Se regit hic ego me. tu te. nos diligi-
 mus nos. Illi se sociāt. vos aut̄ diligitis vos.
 Filius alphei iacobiq; maria quiescunt.

¶ Sequūt̄ diuersarum
 cōstructionū Exempla.

¶ Diuersarum cōstructionū exempla

¶ Est cōstructio intrāsitīā psonarū simplex.
 Homo albus. Animal hō. Cithared? musicus
 Homo ē animal. Hō est asinus Walde doct?.
 Regere est agere Ille sacerdos. Ecce homo.

¶ Est cōstructio intrāsitīā actūū simplex.
 Homo currit Studet fortit? Ego paup ludo.
 Omnes currimus Ego cum petro gaudem?
 Legunt vnusquisq; librū suū Hī legūt ut ego.
 Vado ad patrem. Volo studere.

¶ Est cōstructio intransitiua reciproca.

Ego diligo me. Tu diligis te. Ille diligit se.
 Nos diligim? nos Vos diligitis vos Illi dili-
 gunt se. Ego ⁊ tu diligim? me Tu ⁊ ille dili-
 git? te Tu ⁊ tu diligit? vos Ille ⁊ ille diligūt se

Ego ⁊ ille diligim⁹ se. Te ⁊ ille diligitis se.
Non p̄nt esse reciproce ram se nō potest referri ad personas que sunt in agendo eque principales. Sed se semper refertur ad personam principaliter agentem.

Est transitiva personarum.

Cappa fortis. Virtus dei. Utilis michi.
Dignus honore. Hec volucrū. Albus faciem
Vir magno animo.

Est cōstructio trāsitiva actuū simplex
Misereor pauperum. Penitet me peccati.
Tua interest legere. Oblitus lectionis.
Conducit michi. Et michi laudi:
Uxor possessione.

Est p̄structio trāsitivā actuū retrāsitivā
Amo sortē. q̄ amat me. Amo te q̄ amas me.
Amas me. q̄ amem te Amas sortē q̄ amat te
Sortes amat me. q̄ amem se.
Sortes amat te. q̄ ames se.

Regule de modo ordinandi ⁊ distinguendi
clausulas siue ptes alic⁹ p̄structionis artificialit.

Pro exemplo do tibi hanc p̄munē ⁊ generale p̄structionē. **M**aria mater gracie
mater misericordie. tu nos ab hoste p̄tege et hora
mortis suscipe. **D**istingue. **M**aria mater gr̄e.
Coma. mater nūe: **C**oma. tu nos ab hoste pro
tege: **C**olon. et hora mortis suscipe. **p**eriodus.
E ij

Quot sunt distinctiones cōmunes Tres hee
 dicte. Coma. Colon. Period⁹. Qñ seruantur.
 Coma: Qñ neq; cōstructio pfecta est. neq; ple
 nus sensus. ut **M** maria mater gracie: mater
 misericordie: Colon: qñ pfcā ē cōstructio. s; sus
 pensus ē sensus. vñ nōdū plen⁹. ut tu nos ab
 hoste ptege: Period⁹. qñ pfcā ē cōstructio z
 plenus sensus. ut et hora mortis suscipe.

Da modū punctandi.

Coma: Colon: Period⁹; Parēthesis(.) Et
 est noue orōnis interiectio. ut qñ pncipalis orō
 diuidit. et inter suppositū et appositū eius no
 ua clausula interponit. ut si ita caneret maria
 mater grē: mater mie(que sc̄ptratenes glo
 rie) tu nos ab hoste ptege: hic em̄ fieret parē
 thesis. Seruatur semper periodus: Nō semp
 sed alie semp in perfecta et absoluta orōne.

Da ordinē p̄cium huius cōstructionis.

M maria. mater gracie: mater mie: tu protege
 nos ab hoste. tu suscipe nos in hora mortis
 Est hic ordo bonus: Est. Quare: q; p̄ponen
 da preponunt. et postponēda postponūt. Et
 ordo inchoat a vtā sc; a maria mater gratie.
 mater mie. Dñ⁹. Construe sic casum si sit pre
 pone vocantē. Inde ordinatur nūs sc; tu. vñ
 Mor rectū ponis. Inde ordinatur gr̄us grē
 et misericordie. vñ⁹ Subde secūdū casū rec
 tori. In ordinatur verbū p̄sonale sc; ptege. vñ

Hinc personale locabis verbū. Quod primo sta-
tues si cetera desint. In ordinatur accūs scz
nos. vñ? Tercius hinc casus z quart? sepe se-
quūtur. Inde ppositio cum suo casuali scz ab
hoste. vñ. Debet voc ppositiua. quarto preiū-
gi vel sexto quē regit ipsa. In iterū verbū plo-
nale scz suscipe. post quod ppositio cū suo ca-
suali scz in hora Et inde gtūs scz mortis. Vñ.
Subde secundum Casum rectori.

Patet igit̃ ordo naturalis ptium orōnis in
pstructione ordinandaz. scz q̃ primo ordina-
bitur vtūs casus si fuerit in orōne Inde ntūs
suppositi. Et inde verbū personale finiti modi
Post qđ ordinatur dtūs z qñz accūs imedia-
te aduerbium si fuerit Post dtm̃ z accm̃ siue
ablatiuū. vel alius obliquus ab ipso rectus et
tunc prepositio cum suo casuali.

Preterea Interdū incipienda est cōstructio
ab abltis. vel ntis apud p̃iscos absolutis in
designatione cōsequentie. ut Apud alexandrū
Aut ablatiuū p̃eunt rectore soluti. Aut post-
ponuntur sed vix interseris illos. Ut m̃grō le-
gente scholastici sui pficiunt. Et item Audita
ut preconia sint pulsa tandē librīca. id est au-
ditis preconijs. Exemplū vbi p̃cōstruuntur
necessario cū ad ipsos fit relatio. ut Magistro
venienti scholastici eius cōtremiscunt. Exēplū
vbi necessario postponūt. cū ipsis relatiuū ad-
iungitur. ut auditores proficiūt magistro eoz
legente. Exemplū vbi in medio p̃struūtur cū

E iij

duo relatiua ponuntur in vna orōne. vt Conuenientibus discipulis suis ihesus ait eis.

Preterea sc̄do p̄t inchoari cōstructio ab aduerbijs et cōiunctionibus cōtinnationem vel suspensionē ip̄ortantibus. vt sunt quāuis. quāquam. tamē. verum. verumtamē. etsi. tametsi. etiam. etiamsi. Vt apud Alexādrū. Cum quia dum donec quoniā similesq; preibunt. Rāq; relatiui ius implicitum tenuere.

Preterea terciō p̄t inchoari ab aduerbio vocandi z interiectiōe exclamātis. vt proch hoim deūq; fidem. proch nefas. **D** insaultū diem.

Preterea q̄rto inchoāda ē ab obliq; rōne relationis. vt trahit sua quēq; voluptas Et patrē sequit̄ sua p̄les. nū? Cūq; relatiuis de iure viā parat hoz Precedens decet obliq; q̄nq; p̄ire Cū tenet hoc rect? aut obliqu? tenet illō. Isti subueniēt sua mater vel pat̄ eius. Itē Stabat iuxta crucē Ihesu. mater ei?. Itē psalm? Benedicite dño ōnes angeli ei?. et alibi Detrahentē secrete p̄ximo suo hūc p̄sequabar.

Preterea q̄nto ab obliq; it̄rogatiuoz. vñ Quis q̄lis quant? cuius cuias quot? et quot Missa r̄latiue penit? p̄ponere debēt Obliq; verbo p̄iunges missa rogando Hanc sua iūgendī retinent aduerbia formā. vt Quem vidistis pastores annūciate nobis Item qui hoc fieri potest id est qualiter.

Preterea sexto ab obliquis negatiuis. vt ne minem studentū audio. vel oportet obliquos

resolui p negationē nō ē p obliquū affirmatm
aut oportet totam orōnē mutari ut actiuā in
passiuā vel econtra passiuā in actiuā. propf re
gulas cōtrarias sibi inuicē q̄rū prima est gra
matica scz q̄ obliquū rectū a pte appositī. etiā
sic debz cōstrui. altera logica. scz q̄ negatio de
bet pponi verbo cui? actū negat. ut est apud
alexandꝝ **Q**n negatiuū verbo cōstructio iun
git. Obliquū p nō exponere cōuenit illū. Aut
simul exponi debet cōstructio tota.

Preterea septimo ab obliq̄s diuidētib? totū
militudis in p̄structiōe ptitiua. ut sonoz ali?
vox ali? nō vox. vñ **Q**uestio latio siue negatio
sc̄lto si sit. Obliq̄s verbo p̄iuges sepe regēti.

Preterea octauo a verbo ipsonali siue actiue
siue passiue vocis. Etia a verbo excepte actio
nis. ut pluit igitur intrandū est sub tecta.

Preterea nono ē ultimo ab obliq̄s vel p̄pōne
cū suo casuali inchoāda est p̄structio ad signi
ficādū veritatē orōnis. q̄ forte alias mutareē
ut placet petro helie sic dicēti **I**n multis orōni
bus videt se alie h̄e rā p̄struēdi. q̄z h̄catio ut
hic ptz exēplo **A**b ōni hoie habet caput q̄ debz
p̄strui ut iacet **A**b oī hoie aliq̄d caput habet. et
nō ita. aliq̄d caput habet ab ōni homine. **N**ā
sic esset falsa cū nullū p̄ticulare caput habetur
ab ōni hoie **S**icut ista. **N**ā ōnis hō ē albus. si ne
gatio p̄struatur cū v̄bo. ut ōnis hō nō ē albus
vel ad p̄dicatū ut ōnis hō est nō albus. **S**emp
erit falsa. **E**t sunt ōnes iste cōstruēde ut iacet.

Aliquē hominē nō video Item In ōni propo-
 sitione est aliqua veritas Itē a creatione ade-
 semp fuit aliquis hō. Itē ubiqz est corp⁹. Itē
 Omnīū cōtrarioꝝ eadem est disciplina Item
 Tantū deū esse deum est verū Item tu sol⁹
 peregrinus es in iherusalem et hec ignoras.
 Item hic et rome vendit piper. Itē Hodie et
 heri cōmedi panem Bis audiui missam Item
 deum trinū et vnū cognouit aristotiles. hec cō-
 struende sunt ut iacent. alias erunt false.

¶ Ad aduertēda sūt in p̄muni p̄structione aliq̄.
 Primo legenda est or̄a. et inter legendū ē sem-
 per aduertendū. de sentenciā que elici p̄t. S̄z
 ut facilius occurrat. considera semp de suppo-
 sito et apposito p̄ncipali. et nō cessa. priusqz
 inuenias appositum orationis ⁊ suppositum.
 si vero inueneris alia. quecūqz ibi ponūtur sūt
 annexa suppositi et appositi semp. Annexa di-
 cuntur adiectiua vel aduerba. vel aliq̄ integre
 clausule vel orōnes. Et debent annexa suppo-
 siti p̄strui cum supposito. ⁊ annexa appositi cū
 apposito Exemplū sume in sequentia de na-
 tiuitate domine. Natus ante seculā zc. in qua
 non pausa. donec venias ad istum textum hic
 corpus assumpserat. est appositum. orationēs
 vel clausule interposite sunt annexa suppositi
 vel appositi **¶** Si fuerit adiectiuum nomina-
 le in orōne preponetur suo substatiuo. ut mag-
 nus sacerdos. Sed adiectiuū p̄ncipiale sem-
 per postponetur. ut Iohānes legēs p̄fici.

Si adiectivum potest regere aliquem casum. quem non potest regere substantivum eius. tunc substantivum divinum construendum est: et converso. ut ibi **E**ia recolam? laudibus pijs digna. Huius diei carmina in qua nobis lux oritur gratissima. **Q**ua sic construes **E**ia recolam? carmina huius diei digna pijs laudibus. hic enim adiectivum regit casum. quem substantivum eius regere nequit.

De exceptionibus a regulis ordinandis
 di partes orationis in constructione.

